UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Questiones spiritualis [con]uiuij delicias preferentes, super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis

Johannes <de Turrecremata>

Lyon, 18. Jan. 1509

Dominica tertia quadragesime.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70506

Visual Library

pioſa eſt in celis. Tertio.q̃ cre
didit ꝙ in hac vita mortali poſ/
ſit vera beatitudo haberi.cõtra
illud apoſtoli ad Heb.xiij. Non
habemus hic ciuitatẽ manentẽ
ſed futuram inquirim⁹.❡Quar
to.quia credidit ꝙ domibus in
digeremus pro beatitudine cõ
ſequenda.cũ in illa celeſtis vite
gloria.vt dicit beda.Domus ne
ceſſaria non erit.vbi diuine con
templationis luce omnia puri/
ficante aura a diuerſitatis ali/
cuius timẽda nulla remanebit.
Teſtante apoſtolo iohãne Apo/
calip.xxj.qui eiuſdeʒ ciuitatis
ſuperne claritatẽ deſcribens.di
cit inter alia.Et templũ non vi/
di in ea.Deus enim omnipotẽs
templũ illius eſt ⁊ agnus. Quin
to errauit ſiue male dixit ꝙ tria
tabernacula petit fieri.In hoc
errauit dicit albertus ꝙ legis ⁊
prophete et euangelij non ſunt
tres habitationes.ſed vna que
eſt eccleſia. Apoca.xxj. Ecce ta
bernaculum dei cum hominib⁹.
Unde gloſa.Marci.ix.de iſtis
ita dicit petrus oblitus ſanctis
regnum promitti non in terris:
ſed in celis.⁊ ſe ⁊ coapoſtolos
adhuc mortali carne idutos im
mortalis vite ſtatum ſubire nõ
poſſe.domũ etiam manufactaʒ
neceſſariam non eſſe.legi quo/
q̃ ⁊ prophetis etiam euangelio
tria tabernacula facere cupit.
cum non poſſint ſeparari in vnũ
iniciata tabernaculũ.id eſt ec/
cleſiaʒ dei.Sexto dicit erraſſe.
quia cõparauit xp̄m alij dicens.
Tibi vnum . helye vnum ⁊c.qđ
non dʒ fieri. q̃ nihil eſt ꝯpabile
xp̄o Job.xxxij. Deuʒ homini nõ
equabo.Unde vt ait gloſa in p̄/
ſenti euangelio .quia petrus im
prudenter queſiuit reſponſionẽ
domini non meruit.ſed vox pa/
tris teſtatur de filio ⁊c.❡Ad ra
tiones in oppoſitum. ❡Ad pri/
mam reſpondetur ꝙ petrus di/
cendo.Bonum eſt nos hic eſſe.ſi
vellet pro finali beatitudine ſuf
ficere ſibi viſionem ſolam hu/
manitatis chriſti errabat.vt di/
ctum eſt.❡Ad ſecundã patet ea
dem reſponſio.

In domini
ca tertia qua/
drageſime eſt
euangelium.
In illo tẽpo/
re.Erat ieſus
eijciẽs demo/
nium.et illud
erat mutũ ⁊c.
Luce.xj.Circa quod poſſunt di/
ſputari ſequẽtes q̃ſtiões.❡Pri/
ma eſt.vtrum xp̄s ſufficienter
oſtendit ſe nõ in beelzebuth ſed
in virtute dei eijcere demonia.
❡Scđa.vtrum ſufficiẽs fuit il/
lud argumentũ xp̄i. Si in digi/
to dei eijcio demonia.profecto
venit in vos regnũ dei.i.xp̄s ſi/
ue meſſias promiſſus in lege ve
nit.❡Tertia eſt.vtrũ cõueniẽs
fuit ꝙ carnem ſumeret de femi
na.quia dicitur.Beat⁹ vẽter ⁊c.

AD primam
queſtionez. ſic
pceditur. ꝛ vi
det ꝙ xp̄s non
ſufficient oſtē
dit ſe in beel-
zebuth eijcere
demonia. ſ; in
virtute dei. ¶ Primo ſic. demo-
nes cū inter ſe habeāt prelatio-
nem vt minor maiori imperāti
obediat ꝛ ſeruiat. non dubiū vi-
detur quin imperio ſuperioris
inferior demon poſſit expelli ab
hoie: ergo ꝛc. ¶ Scdo arguitur
de dicto ſancti thome q̄ hoc di-
cit. (pma. p. q. cix. ar. ij. ad ſcdz)
ꝙ virtute ſuperiorū demonū alij
demones expellātur. ¶ Tertio
idem arguit. ꝙ necromātici re-
ligare qñq; dicūtur demones p
illicitas incātationes. ergo per
eaſdē poſſunt ſoluere eos de cor
poribus hominum. ꝛ ſic eijcere.
¶ In oppoſitū eſt euangeliū pre
ſens. ¶ Reſpōdeo. Sciendū aūt
eſt primo. ꝙ pharisei odio habe
bant xp̄z. quia acriter arguebat
eorū vicia. ꝛ ideo miracula ab
ipſo facta virtute diuina. dice-
bant eſſe facta arte magica. Et
eodem modo eiectionē demonū
factam per xp̄m dicebant fieri
virtute cuiuſdā ſuperioris de-
monis cui inferiores obedie-
bant ad nutum de corporibus
exeundo. ſicut enim in angelis
ſunt ordines ꝛ alij alijs ſunt ſu-
periores. ſic in demonibus cum
in eis remanſerint naturalia in
tegra. ſm dionyſiū. Dicebant eñ
pharisei ꝙ xp̄s habebat aliquez
demonem ſuperiorē quem voca
bant beelzebuth ſibi familiarez
ꝛ priuatum ꝛ ſic demones infe-
riores de corporibus obſeſſis
eijciebat per illum. Scdo ſcien
dum. ꝙ vt dicit ſanctus tho. in
tertia parte. q. xliij. arti. ij. ad ter
tium. Aliter xp̄s expellebat de-
mones q̄ virtute demonuz ex-
pellebātur. Nam virtute ſupiorū
demonū demones a corpib⁹ ex-
pellebāt. ſ; tñ remanebat dñiuz
eorū q̄tū ad aias. Nō eñ ꝯtra re
gnum ſuum diabolus agit. ſed
chriſtus depellebat non ſolum
a corpore ſed multo magis ab
anima. Vñ auguſt. libro. lxxxiij.
q. Cū imperio vel inuocatione al
teri⁹ demōis demō exit a corpe
iam nō eijcit. ſ; mag⁹ intima in
gredit operādo ſm apl'z. i filios
diffidētie. xp̄s aūt remouebat a
corpe ꝛ ab aia. nō eñ pncipalit
intēdebat ſanitatē corpis ſ; aie
vt ptz ex illo. Joh. v. Ecce ſan⁹
fact⁹ es iam noli peccare ne de-
teri⁹ tibi aliqd ꝯtingat. Iſtis no
tat⁹ ponit ꝯcluſio reſpōſalis. ꝙ
ſufficiēter xp̄s ſe oſtendit nō in
beelzebuth ſed in virtute eijce-
re demonia. Prima ratio xp̄i. ſi
ſathanas ſathanā eijcit taz. ſ. in
corpe q̄ in aia. tunc cū diuiſio fit
inter demones quō ſtabit regnū
eius. cum omne regnū in ſe diui
ſum deſolabitur. quaſi diceret
vt dicit hieronym⁹. Regnū dia-

boli ſtabit i peccatoribꝰ vſqꝫ ad
diem iudicij. qꝛ tunc euacuabit
omnis poteſtas. Unde ſi hoc iā
eſſet. eſſet iam finis mūdi. Uel
ſic ſm Hilarium. ſi de poteſtate
mea eſt ꝙ ego faciaꝫ ꝙ vnus de
mon expellat aliuꝫ. ergo ego de
ſtruo regnū diaboli. ⁊ ex hoc de
betis mihi adherere. Scdo ſic.
Si ego eijcio in beelzebuth de-
monia. filij veſtri ſcꝫ apl'i de eo-
rum carne deſcendentes. vel alij
quidam iudei qui non erant de
diſcipulis chriſti qui non in no-
mine chriſti eijciebant demonia
in quo eijciunt. ſed dicitis illos
eijcere demonia in virtute dei.
idem debetis confiteri de me.
Tertio ſic. quia demonem expel
lere de regno ſuo non poſſem ni
ſi eſſem fortior eo. nec eum vin-
cere poſſem niſi virtute diuina.
cum nō ſit poteſtas in terra que
comparetur ei. Job. xlj. ¶ Quar
to ſic. Ex illo. Qui non eſt mecū
⁊c. Ratio eſt: talis volūtas eius
qui obedit alicui eſt conformis
voluntati illius cui obedit. ſal-
tem in facto. ſi ergo chriſtꝰ in vir
tute demonis faceret miracula
ſequeretur ꝙ chriſtus et demo-
nes eſſent concordes in factis.
Hoc autem eſt falſum. qꝛ facta
chriſti et doctrina erāt ad remo
uēdum homines a peccatis. Fa
cta autem demonis ad deſtruen
dum homines per peccatuꝫ. Ex
quo ſequitur ꝙ chriſtus nō ope
rat in virtute demonis. Et hoc
eſt qd dicit. Qui non eſt mecū. ꝑ

concordiā in facto ⁊ voluntate.
cōtra me eſt ⁊ huiuſmodi eſt dia
bolus qui nō colligit mecū. xpi
enim eſt colligere. demonis eſt
diſpergare. ⁊ ſic regnum xpi cuꝫ
regno demonū nullam hꝫ comu
nicationem. Colligit enim xps.
primo paſſiones in formam vir
tutis. actiones ad normā recti-
tudinis. electōes ad prudētiam
rationis animales vires et mo-
tus ad menſuram bone conſtitu
te mentis. diuerſas ⁊ diſcurren
tes ⁊ vagas cogitationes ad cō
templationem intellectus diui-
ni. multitudinem totaꝫ operum
in vnum ſimplicis intentionis.
multitudineꝫ credentium in vni
tatem cordis. multitudinem ho
minum in omnibus nationibus
ad vnitatem vnius ouilis ⁊ cure
paſtoralis. ⁊ ſic ſemper chriſtus
in colligendo eſt ⁊ congregādo.
Unde Augu. in. x. confeſſionū.
In omnibus que mente percur
ro non inuenio locum tutū ani
me mee preter te in quo collig
tur diſperſa mea. Contrario au
modo vt dicit albertus magnus
diſpergit diabolus qui diuiſio
nis pater eſt et origo. Diſpergit
enim in varietatem paſſionum
deſideria peccantium diſpergit
in corruptionem actionum mul
titudinem operum iniuſtorum.
diſpergit voluntatem in diuerſi
tatem eligibilium diſpergit me
tis menſuram per diuerſitatem
animalium motuum. diſpergit
intellectū in euagationes cogi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tationum inutiliū.diſpergit intentionē per diuerſitatem finiū intentoꝝ.diſpergit credentes in contrarietatē diſcordiarū.vnitatem eccleſiarū in diuerſitatez errorū. Job.x. Lupus diſpergit oues. ¶ Ad ratiões in oppoſitū. ¶ Ad primā dicendū.rñdeṫ multipliciter. Primo negando ꝯſequentiā. Et ratio eſt.qꝛ lꝫ poſſibile ſit poteſtati ſuperioꝝ demonum ꝙ aliqͥs demon poſſit eijci aut expelli de corpore ſolo hominis.non tñ de aīa. Xp̄s autez eijciebat demonia.nō ſolū a corporibus.ſed ab aīa.vt dictū eſt. Scdo rñdetur.ꝙ qñ diabolus precepto ſiue imperio ſuperioris exit nō diciṫ ꝑprie eijci.ſed volūtate ex obedientia exire.qꝛ eijcere dicit quid violentū. Xp̄s autem eijciebat demonia violēter ⁊ contra voluntatez eorum. Unde gemētes clamabāt. Filij dauid quid nobis ⁊ tibi.veniſti ante tēpus torquere nos. Mat. viij. Tertio rñdetur ꝙ lꝫ demon videatur expelli.non eſt tamen vera expulſio ſed ficta ⁊ ſimulata ad deceptionez.ſed tñ ceſſat a vexatione ⁊ leſione quā intulerat.ſicut aliqñ oſtēdūt ſe egros curare. non ſanitatē ꝯferendo: ſed a leſionibus quas infirmis inferunt ceſſando. ¶ Ad ſcdam rationē reſpōdetur.vt dictū eſt ex ipſo docto ſcti thome. ¶ Ad tertiam reſpōdetur dupliciter. Primo ſicut ad primā. Secūdo poteſt dici.vt dicit nicolaus de lyra in hoc euangelio.ꝙ ſm qd̄ dicit hieronym⁹. Licꝫ arte magica poſſunt aliqua miracl'a fieri.tamen illa pertinēt ad curioſitatem tantū ⁊ vanitatē. Sicut ſimon magus faciebat ſtatuas ambulare.loqui ⁊ ridere ⁊ conſimilia. vt habetur in itinerario clemētis.ſed illa que ſunt ſalubria.vt curatio languidoꝝ.illuminatio cecoꝝ et hmōi.non poſſunt magicis artib⁹ fieri.⁊ ideo oportet talia attribui diuine virtuti.⁊ talia faciebat xp̄s.

Ad ſecundā queſtionez ſic ꝑceditur.⁊ videtur ꝙ nō ſit ſufficiens argumētū illud xp̄i. Si in digito dei eijcio demonia ꝑfecto venit in vos regnū dei.i.xp̄s ſiue meſſias pomiſſus in lege venit. ¶ Primo ſic. legitur ꝙ ſalomon vt dicit beda ſup Act.apoſtolorum.xix. excogitauit ⁊ docuit exorciſmos quibus immūdi ſpirit⁹ expulſi ab hoibus nō audebāt ad hoīes reuerti ſi illa expulſio non fuit argumentū aduētus regni xp̄i.ergo nec expulſio demonū facta per xp̄m.conſequentia videtur bona. ¶ Secūdo ſic.xp̄s opera magis miraculoſa fecit ꝙ̄ eijcere demonia. ſed ex alijs operibus nō intulit hoc argumentū aduentus regni ſui.ergo nec ex hoc videṫ argui.

¶Tertio.ex euãgelio preſenti.
filij iudeorum ſiue dicant apoſtoli
ſiue alij exorciſte faciebãt mira-
cula in virtute dei ſed ex opere
illorum nõ infert hoc argumentuz
ergo nec ex facto xpi. ¶In op-
poſitum eſt verbũ xpi. ¶Rñdeo
dicendũ ſub iſta õcluſione.ꝙ ar-
gumentũ xpi quo arguit. Si in
digito dei eijcio demonia profe-
cto venit in vos regnũ dei.eſt ef-
ficaciſſimũ.Nõ ſic oſtẽdit.vt di-
ctum eſt in queſtione ſuperiori.
Xp̃s eijciẽdo demonia ab homi-
nibus nõ ſolũ eijciebat a corpo-
ribus violẽter cõtra voluntatẽ
demonũ.ſed p̃ncipaliter ab ani-
mabus in quibus regnabat dia-
bolus per peccatũ ⁊ ita xp̃s di-
minuebat ſiue euacuabat regnũ
diaboli ⁊ dilatabat regnũ ſuum
regnãdo in cordibus hominum
per fidem.De quo dicit Luc.j.
Regni eius non erit finis.Et.j.
Cor.xv.Oportet aũt illũ regna-
re.ſcz per fidẽ.donec ponat ini-
micos eius ſub pedibus eius.
Hec autem poteſtatis demonũ
debilitatio ſiue diminutio ſignũ
erat aduentus regni xpi.ſm il-
lud Numeri.xxiiij.Orietur ſtel-
la ex iacob. quia in natiuitate
chriſti ſtella apparuit que ma-
gos ad chriſtũ natum perduxit
vt habetur Matthei.ij. Et ſur-
get virga de iſrael.i. chriſtꝰ ſm
poteſtatẽ regiaz.Unde de ipſo
dicitur pſal.ij.Reges eos in vir-
ga ferrea. Et percutiet duces.
id eſt idolatras. Unde per xpi
aduentum deſtructa eſt idola-
tria.Et vaſtabit oẽs filios ſeth.
id eſt oñs pp̃los ſubijciet fidei
catholice ante finẽ mundi.lz nõ
dum ſit impletũ. Item Yſa.liij.
de eo dicit.Fortiũ diuidet ſpo-
lia pro eo ꝙ tradidit in mortem
aiam ſuã.fortiuz.i.demonũ xp̃s
ſpolia diuiſit.Tũ patres de lim-
bo in ſua reſurrectione extrahẽ-
do.Tum potẽtiã eorũ diminuẽ-
do.Itez Ezech.xxxiiij.Suſcita-
bo paſtorẽ vnũ ſeruũ meũ dauid
id eſt xp̃m qui de dauid deſcen-
dit ſm carnẽ.Matth.j.Et ceſ-
ſare faciez beſtias peſſimas de
terra.i.potentias diaboli que p
mortẽ xpi diminute ſunt.Et in-
fra.Et ſcient.ſcz iſrael.qꝛ ego
dñs cum õtriuero catenas iugi
eorum.⁊ eruero eos dẽ manu
poteſtate imperantiũ ſibi.i.prin-
cipum demoniorum.Item Zach.
xiij.dicitur.Spiritũ immũdum
auferã de terra.Ecce manifeſtũ
teſtimoniũ:ergo oĩa hec cõple-
ta ſunt per paſſionez xpi.Unde
Ioh.xij.Xp̃s inſtãte paſſione di-
cit.Princeps huius mundi ei-
cietur foras.Cum ergo iſta fa-
cta eſſent per xp̃m.efficaſſimũ ar-
gumentũ erat xpi cum dicebat.
Si in digito dei.id eſt virtute
diuina eijcio demonia.non ſolũ
ab hominũ corporibus.ſed etiã
ab animabus.Profecto venit in
vos regnum dei.i.chriſtus pro-
miſſus qui expulſo dominio de-
monis regnaturus eſt per fidez
in cordibus fideliũ.¶Quia etiã

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dictū eſt ꝙ ꝑ xp̄i paſſionē libera
ti fuimus a poteſtate diaboli.et
nihilominꝰ videmꝰ ꝙ adhuc no
cet hoibus quātum ad aias tem
ptando.⁊ qn̄qꝫ vexādo quātū ad
corpꝰ.Eſt ꝓ noticia pleniori ve-
ritatis huiuſmodi ſciendū ꝙ vt
dicit ſanctꝰ tho.(iij.ſen.diſ.xix.
ar.ij.) Poteſtas demōis in duo
bus ↄſiſtit.ſcꝫ in impugnando ⁊
detinēdo deuictos.Ex eo aūt ꝙ
q̄s impugnat nōdū ſeruus factꝰ
eſt.ſꝫ ex eo ꝙ victus eſt.vt pꝫ.ij.
Petri.ij.Deuicerat aūt diabolꝰ
totū genus humanū in p̄mis pa-
rentibꝰ.⁊ eis dn̄abatur dum eos
ad hoc ſm ſuū votuꝫ deduxerat
vt nullus paradiſi ianuam intra
ret.Deuincit vnūquēqꝫ ſingula-
riter dū eum ad peccatum incli
nat.qꝛ q̄ facit peccatū ſeruus eſt
peccati. Poteſtatē ergo diaboli
qua victos detinet xp̄s ꝑ paſſio-
nem amouit quātum ad ſufficiē
tiam.q̄uis non quātuꝫ ad effica
ciam niſi in illis q̄ vim paſſiōis
ſuſcipiunt per fidem ⁊ caritatē
⁊ ſacramēta.⁊ ꝑ hoc dꝛ dn̄iū eua
cuaſſe. Vn̄ quia iā diabolus nō
poteſt impedire ſanctos a conſe
cutione glorie ſicut faciebat an-
te.ſed poteſtateꝫ qua impugnat
non euacuauit ſꝫ debilitauit dū
ipſum vicit ⁊ dum hoibus auxi-
lia multa ad reſiſtendum tribuit
ſicut ſacramenta.gratiam abun
dantiorē.⁊ alia hm̄oi. Vn̄ lꝫ dia
bolus permittatur temptare ho
mines ad exercitiū ⁊ meritū ſan
ctorū.non tn̄ de facili ſuperat in
q̄tum homo plura remedia hꝫ.
¶ Ad rationes in oppoſitum.
¶ Ad primam reſpondetur . ne-
gādo conſequentiā. Et ratio eſt
duplex . Vna qꝛ expulſio demo-
num facta per exorciſmos erat
tantū a corporibꝰ nō ab aiabus.
Secunda ratio eſt. quia chriſtꝰ
propria virtute et poteſtate de-
mones expollebat tam de corpo
ribus q̄ de aiabus. Alij v̄o non
niſi mendicata a deo vel diabo-
lo. ¶ Ad ſecundam rn̄detur. ne-
gando aſſumptum . Vn̄ xp̄s ad
queſtionem prepoſitam ſibi per
diſcipulos iohannis. Tu es qui
venturus es.an alium expecta-
mus.hoc modo reſpondit dicēs
Euntes renunciate iohanni que
audiſtis ⁊ vidiſtis. Ceci vident.
claudi ambulant. leproſi mun-
dantur ⁊c.quaſi diceret. cuꝫ iſta
facio ꝓpria virtute.ꝑfecto ego
ſum q̄ venturus erat.et non aliꝰ
expectādus. Item Jo.xv. dicit.
Si opera non feciſſem in eis q̄
nemo alius fecit. peccatum non
haberēt.ſcilicet infidelitatis in
me.⁊ ita patet ꝙ virtualiter ex
operibus ſuis arguebat regnuꝫ
ſuum et dominiuꝫ veniſſe.Deci
piebantur auteꝫ iudei in hoc.qꝛ
iſtud regnum chriſti ſpirituale
futurum temporale credebant.
Quem erroreꝫ eis excludit chri
ſtus dicens Johannis.xviij. Re
gnum meum non eſt de hoc mū-
do. ¶ Ad tertiam rn̄detur. ſicut
dictum eſt ad primam.Et hec de
iſta concluſione.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AD tertiaz q̄ſtionē. circa illud. beatus vēter q̄ te portauit ꝛc. ſic pcedit (iiij. p. q. xxxj. artic. iiij.) Et videtur ꝙ nō fuit cōueniens ꝙ xp̄s carnez ſumeret de femina. ¶ Primo ſic. ſexus maſculinus eſt nobilior ꝙ̄ ſexus femineus. ſz magis decuit ꝙ xp̄s aſſumeret id qđ eſt perfectuz in humana natura ergo videtur ꝙ non fuit cōueniens ꝙ xp̄s carnē aſſumeret de femina. ſz de viro. ſicut eua de coſta ade viri formata eſt. ¶ Scđo ſic. Quicūqꝫ ex femina ꝯcipit̄ vtero femineo clauditur. ſz deo qui celū ꝛ terrā implet. vt đr Hiere. xxiij. nō competit vt paruo femineo vtero īcludatur. ergo videtur ꝙ nō debuit concipi de femina. ¶ Tertio ſic. illi q̄ cōcipiuntur de femina aliquam imundiciam patiunt̄. Vn̄ Job. xxv. Nunquid poteſt homo apparere mūdus nat⁹ de muliere. ſz in xp̄o nulla immundicia eſſe debuit. ergo nō videt̄ fuiſſe cōueniens vt carnem de femina ſuſciperet. In oppoſitū eſt euangeliū p̄ns. ¶ Rn̄deo dicendum. ꝙ lz fili⁹ dei carnē humanā aſſumere potuerit de quacunqꝫ materia voluiſſet. conueniētiſſimū tn̄ fuit vt de femina carnem acciperet. Tuz primo. q: per hoc tota natura nobilitata eſt. Vn̄ auguſtin⁹ libro. lxxxiij. q. Dominis liberatio ī vtroqꝫ ſexu debuit apparere. ergo q: virū opportebat ſuſcipere. q: ſex⁹ honorabilior eſt conueniens erat vt feminei ſexus liberatio huic appareret. q: ille vir de femina nat⁹ eſt. Tū ſcđo. q: p hoc veritas incarnationis aſtruitur. Nā vt dicit augu. ī epiſtola ad Voluſianū. Si omnipotens deus hoīem vbicūqꝫ formatū nō ex matno vtero caſaret ſed repētinū afferret aſpectibus. nonne opinionē cōfirmaret erroris. nec hoīem verum ſuſcepiſſe vllo modo crederetur. ꝛ dum oīa mirabiliter facit auferret qđ miſericorditer fecit. Nūc ꝟo ita inter deū ꝛ hoīem mediator apparuit vt in vnitate pſone copulans vtramqꝫ naturam ꝛ ſolita ſublimaret inſolitis. ꝛ inſolita ſolitis tēperaret. Tū tertio ꝛ eſt ratio anſelmi. q: p hūc modum cōpletur omnis diuerſitas generatiōis humane. Adā enim fact⁹ eſt ſine viro ꝛ femina. Eua vero pducta eſt ex viro ſine femina. ceteri hoīes pducunt̄ ex viro et femina. Vn̄ hoc quartū quaſi chriſto relinquebat̄ ppriū. vt pduceretur ex femina ſine viro. ¶ Ad rōnes in oppoſitum. ¶ Ad primā rn̄detur. negādo ꝯſequentiā. Et ratio eſt. q: ideo ꝙ ſexus maſculin⁹ nobilior eſt ꝙ̄ feminin⁹ ideo humanā naturā in maſculino ſexu aſſumpſit. ne tn̄ ſexus femineus ꝯtemneret̄. cōgruū fuit vt carnem aſſumeret de femina.

Vñ aug. dicit in libro de agone xpiana. Nolite voſipſos cōtemnere viri. filius dei virū ſuſcepit nolite voſipſas ꝯtēnere femine fili' dei nat' eſt ex femina. ¶ Ad ſcdam rñdeẗ. negādo cōſequentiā. Et rō eſt. qꝛ ſicut dicit augu. tertio libro cōtra fauſtum. q̇ hac obiectione vtebaẗ. Nō plane inquit catholica fides q̄ xp̄m filiū dei natū ſm carnē credit ex virgine. vllo modo eundē dei filiū ſic ivtero mulieris includi ꝙ extra non ſit. quaſi celi et terre adminiſtrationē deſeruerit ꝛ quaſi a patre receſſerit. Vñ lꝫ nō conueniat xp̄o ſm diuinitatē includi in ventre femine. poteſt tñ cōuenire rōne humane nature aſſūpte ſm quē potuit mori. lꝫ ſm diuinitatē imortalis fuerit. ¶ Ad tertiaꝫ rñdetur. negādo maiorē ratio eſt. qꝛ imundiciā illā patiūtur ꝯcepti ex cōmixtione maris ꝛ femine. hoc aūt non hꝫ locū in cōceptione filij dei de ſpūſancto ꝛ ex maria virgine. Et ideo dicit damaſcenus tertio libro. ꝙ fili' dei conſtruxit ſibiipſi ex caſtis ꝛ puriſſimis ſanguinib' carnē animatam anima rationali.

I quarta dominica eſt euāgeliū. Abijt ieſus trās mare galilee qḋ eſt tyberiadis ꝛc. Joh. vj. Circa qḋ pñt hec diſputari. ¶ Primo. vtrū ꝯueniēter xp̄s ſatiauit quinqꝫ milia hoīm de quinqꝫ panibus qui reperti ſunt apud quendam in ſocietate. ¶ Scdo. vtrū cōuenienter xp̄s ſatiauit quinqꝫ milia de panibus hordeaceis et nō de tritico. ¶ Tertio. vtrum chriſtus fuerit verus propheta ſicut dicitur in euangelio.

D primaꝫ queſtionē ſic ꝓceditur. Et videtur ꝙ cōuenienti' xp̄ꝫ ſatiaſſet quinqꝫ milia hoīm de de alijs panibus ¶ Primo ſic. maius miraculum fuiſſet ſatiare tantā multitudinē de panibus nouiter creatis ꝙ̄ de panibus p̄exiſtentibus. ergo videẗ ꝙ ꝯueniēti' ſatiaſſet illos de illis. ¶ Scdo ſic. panes illi ſatiare nō poterant tantā multitudinē niſi multiplicatis ſꝫ mltiplicatio nō videẗ poſſibilis. ergo ꝛc. ¶ Probatur minor ſic. materia non poteſt trāſmutari de parua quantitate in magnam niſi per rarefactionē. ſicut ex vno pugillo aque generanẗ decē aeris. vel ꝑ alterius materie additionē. ſꝫ nō eſt dicēdū ꝙ ꝑ rarefactionēꝫ multiplicati ſunt panes. vt ptꝫ. ergo oportebit dicere ꝙ ꝑ additionēꝫ exterioris materie ꝙ oportebit multū amplius eſſe ꝙ̄ quinqꝫ panes. cum ergo vnumquodqꝫ de-